

# BREVE DEL

PAPA SIXTO QVI N T O

De felicè recordacion , por el qual se confirma el Concilio Provincial que se celebrò en la ciudad de Mexico Metropoli de las Indias, de la Nueva-España, año de mil y quinientos y ochenta y cinco; el qual se imprimio

por mandado del Real Con-

sejo de las Indias,



EN MADRID

Año 1626.



## SIXTVS PP. V.



D E F V T V R A M rei memoris:  
Romanum Pontificem, quem Do-  
minus noster Iesus Christus vni-  
uersis Ecclesijs præesse voluit, illa-  
rum præsertim, quæ in remotis  
terrarum Orbis partibus, & sepo-  
sitis gentium verum Dei cultum  
ignorantium oris nouiter erectæ fuerunt, decet, curā  
assiduam gerere, & ea, quæ à Prælatis iuxta sacerdotum  
Canonum statuta prudenter constituta fuerunt, ab  
omnibus in uiolabiliter obseruentur. Exhibita siquidē  
nobis nuper pro parte venerabilium fratrum Archie-  
piscopi Mexican., & Episcoporū aliorum illius suffra-  
ganeorum, & Comprouincialium petitio continebat.  
Quod cum ipsi pro salubri dilectione suarum Eccle-  
siarum, diuiniquè cultus augmento, & populorum si-  
bi commissorum salute, Sanctorum Patrum, & Con-  
ciliij Tridentini decretis inhærentes, Synodo Prouin-  
ciali indicta nonnulla statuta, & ordinationes edidis-  
sent, & ne super illorum recognitione in posterum à  
quoquam curiosè quæri, aut quoquis modò dubitari  
possit, illa ad nos, sanctamque Sedem Apostolicam,  
per dilectum filium Franciscum de Beteta Scho-  
lasticum Ecclesiæ Tlaxcallen. virum nobilitate, do-  
ctrina, & prudentia præstantem, loco vnius ex Com-  
prouincialibus Episcopis, qui ad eam cligendus meri-  
tò fuisset, ad nos nominatum destinatum, re ipsa trāf-  
miserunt. Cumquè Archiepiscopus, & Episcopi præ-  
dicti nobis humiliter supplicari fecissent, quatenus  
illa

illa recognoscere, & in præmissis opportunè prouide-  
re de benignitate Apostolica dignaremur. Nos cu-  
ram, & sollicitudinem Archiepiscopi, & Episcoporū  
prædictorum circa gregem Dominicum sibi commis-  
sum, eiusdemque Francisci fidem, & diligentiam plu-  
rimum in Domino commēdantes, iustisquè ipsorum  
desiderijs satisfacere volentes, huiusmodi ordinatio-  
nes, & statuta venerabilibus fratribus nostris S. R. E.  
**Cardinalibus**, super interpretatione decretorum  
**Concilij Tridentini** deputatis, nomine & autoritate  
nostris examinanda, & recognoscenda tradidimus,  
qui diligentī perquisitione, & longo examine in præ-  
missis adhibito, illa iuxta formam præsentibus intro-  
clusam eisdem nomine & autoritate recognoverūt.  
Ut igitur ordinationes & statuta huiusmedii authori-  
tate nostra, vt præfertur, examinata & recognita ab  
his, ad quos spectat, vt decet, obseruentur; Archiepisco-  
po, & Episcopis prædictis, & eorum cuilibet per præ-  
sentes committimus, & mandamus, vt statuta, & or-  
dinaciones prædictas in Ecclesijs suis solemniter pu-  
blicantes, illa ab omnibus, & singulis, ad quos perti-  
net, etiam cuiusuis Ordinis Regularibus, & exemptis,  
neconon ab Ecclesijs in partibus illis in posterum cri-  
gendi, donec Synodus Prouincialem similiter coe-  
gerint, autoritate nostra faciant ituolabiliter obser-  
uari: contradictores per sententias, censuras, & pœnas  
Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo,  
non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus  
Apostolicis, & quibusuis illarum partium, & Eccle-  
siarum statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento,  
confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia  
roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quo-  
que indultis, & literis Apostolicis illis, eorūq; Præsu-  
libus, & quibusuis alijs personis quōmodolibet cōces-  
sis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus eorū

te-

tenores præsentibus pro expressis habentes, hac videlicet  
dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, ceteris si-  
què contrarijs quibuscumque. Et quia difficile esset,  
has nostras literas ad singulas Diœcœses, & loca illa-  
rum partium originaliter deferri: volumus, ac decer-  
nimus, ut earum transumptis, etiam impræsis manu  
alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicui-  
ius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, ob-  
signatis eadē, vbiq; in iudicio, & extra adhibeatur fi-  
des, quæ ipsis met præsentibus adhiberetur, si origina-  
liter ostenderetur, & exhiberetur. Datum Romæ apud  
sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die XXVIII.  
Octobris M.D.LXXXIX. Pontificatus nostri, anno  
quinto.

Sumptum ex minata originali Breuium secretoriū,  
fœl. rec. Sixti Papæ V. & collatum concordat.

V. Theatin.

Nos Gregorius Narus Prothonotarius Apostolicus  
vtriusque signaturæ Sanctissimi D.N. Papæ Vibani Re-  
ferendarius, necnon Curiæ causarum Cameræ Apo-  
stolicæ generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex  
ordinarius, &c. Vniuersis &c. notū facimus, & attesta-  
mur supradictas literas Sixti Papæ V. fuisse per Illu-  
strissimū & Reverendissimū dominū Archiepiscopū Vul-  
pianum Vulpium, Secretarium Breuium, sanctissimi  
D. N. Papæ Vibani subscriptas, eiusque sigillo mu-  
nitas, ut superius apparet, quibus in iudicio, & extra  
indubia datur, & adhibetur fides. In quorum fidē, &c.  
Datum Romæ die vigesima quarta Aprilis 1626.

Sanctes Floridus causarum

Curia Camera Apostolica Notarius.

